

¶ 1 *Cantá-te Dómino cánti-cum no- vum: \* cantá-te Dómi-*  
*no, omnis terra.* Ant. *Ví-dimus. Flexa: popu-ló-rum, †*

2 *Cantáte Dómino, benedícite nómīni eius: \* annuntiáte de die  
in diem salutáre eius. Ant. Vídimus.*

3 *Annuntiáte inter gentes glóriam eius, \* in ómnibus pôpulis  
mirabília eius. Ant. Vídimus.*

4 *Quóniam magnus Dóminus et laudábilis nimis, \* terríbilis est  
super omnes deos. Ant. Vídimus.*

5 *Magnificéntia et pulchritúdo in conspéctu eius, \* poténtia et  
decor in sanctuário eius. Ant. Vídimus.*

6 *Afférte Dómino, familiæ populórum, † afférte Dómino gló-  
riam et poténtiam, \* afférte Dómino glóriam nómīnis eius! Ant.  
Vídimus.*

7 *Tóllite hóstias et introíte in átria eius: \* adoráte Dóminum in  
splendóre sancto. Ant. Vídimus.*

8 *Contremíscite a fácie eius, univérsa terra, \* dícite in génti-  
bus: «Dóminus regnávit». Ant. Vídimus.*

9 *Tunc exsultábunt ómnia ligna silvárum † a fácie Dómini, quia  
venit: \* quóniam venit iudicáre terram. Ant. Vídimus.*

10 *Iudicábit orbem terræ in iustítia, \* et pôpulos in veritáte sua.  
Ant. Vídimus.*